

rante rerum omnium factore. — Expl.: qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Cod. membr. 93 folios. in 4. maj. sec. 15 in Italia elegantiter exaratus. Insignia in limbo primae paginae adpicta indicant, eum quondam fuisse bibliothecae Vicensis. Göze Venetijs 1747 emit et de eo retulit in Merkw. III, 337, ubi vitas in eo contentas enumerat. (in exemplo meo foliorum, ubi unaquaeque vita in cod. extat, numeros adjei). (Elect. 43.)

117.

Commentarius in apocalypsin, auctore anonymo.

Fol. 1^a praecedit index capitum. Sequitur fol. 2^a prologus, qui incipit: "Sanctus Johannes apostolus et evangelista propter verbum dei." Locum ejus, qui fol. 2^a legitur, protest Grogius, cui addimus haec verba, quae in ead. pag. extant: "Qui fidem adhibere volunt, quod agnus sua gratia indigno laico revelare dignatus sit, gratias agant deo et agno." Expl. hic prologus fol. 3^a sic: "Alia expositio, qua nos etiam interdum utimur, sic incipit." Ead. pag. opus ipsum sic incipit: "Apocalypsis graece, latine dicitur revelatio." Expl. fol. 109^a: "et regnabunt cum deo in secula seculorum Amen. Cetera intelligantur ut superius dictum est. Explicit apocalypsis."

Cod. membr. 109 foliorum in 4., sec. 14 exaratus, litt. inib. pictis et auratis et additis figuris rudiuscula pictis. Mutilus tamen est, pluribus folijs partim excisis. Retulit de eo, qui jam Augusti elect. tempore in lib. fuit, Göze in Merkw. II, 553. (Elect. 447.)

Similis codex est in lib. Wolfenbut. Codd. Aug. Qu.

30, 9, 1. ubi sic: Fr. Lati
cujusdam de ordine minorum
expositio literatis super
apocalypsin, scripta a. D.
1433.

Auctor nominatur

Alexander Latus in
Fabricii lib. rald. et
inf. lat. T. I. p. 66.

ed. Mansi. Mentio
nulla hujus libri fit in
catalogo consistor. vinds.

qui in apocalypsin com-
mentarios ediderunt
— annexo J. Balei catalogo

scriptorum majoris
Britanniae P. II. Bas.
1557, f. p. 171 f.